Hõ ꝑsequitur sẽ ipm. dum se multis illigat curis

Impius es nimium. nimium crudelis. et asper
In te qui p̄prias inycis ipse manus
Quid tantis certas inuoluerē retibus illam?
Scilicet unde volens explicuisse nequis?
En quatitur vigilans curis. quatiturqȝ quiescēs
Acta velut stimulis irrequieta furit
Tu tanq̄m tortor. tanq̄m bellona flagello
Persequeris seuūs. illa misella fugit
Nonne foret satius de corpore perdere dextrā?

Melius est perdere mēbrū corporꝭ q̄ sanitatem mentis

Quaȝ partem. cuius viribus ipse sapis?
Quaȝ partem. e sūmo que extat tibi tradita celo
Qua sine cum reliquis ānumerere feris
O tibi q̄m falsa est spes viuo. et funere functo
Si vite et mortis dux tuus eger abest
Sunt ergo imprimis morbi de mente fugandi
Quo tibi sis totus deficiatqȝ nihil
Hanc tu per salubres. et rectos dirige calles
Sana tibi officium prestet ut ipsa suum
Sed ne te longum teneam Charissime lector

Quod sit officium sane mentis

Officium sane mentis id esse puta

Ut tantū sperēt quod prosit tempore in omni

Quodq sit immensum vel sine fine bonum

Ut timeat quicquid possit sine fine nocere

In quo non assit qui ferat vllus opem

Omnibus vt studijs solers ea gaudia querat

Que nullus morbus frangere visq potest

Ut doleat solum damnū. quod nulla voluptas

Consequitur. vel quo vita. salusq perit

Cetera nil pendas. nisi quantum penditur vsus

Hospicij. vnde parat hospes abire cito

Quin ea tu pōdus credas. morbosq grauantes

Que te vel perimūt. vel remorantur iter

Debet onus morbumq simul vitare viator

Ut peragat ceptam quam cupit ire viam

Est via qua gradimur / vita hec. erit altera vera

Patria. perpetuum vel dabit exilium

Si patria. ad charos proauos. charosq parentes

Ibimus. vt constet omnibus vna quies

Sin vero exilium. capiet nos vltima labes

Accipiet fletus perpetuusq rogus

Bona mūdi sūt potius pondus homini q auxilium

Hec vita est quasi via altera vera patria

Qui ꝯueniūt ad patriā et qui ad exiliū perpetuum

In patriam redeunt. qui freti munere sane
Mentis. ab aduersis se explicuere malis
Exilium contra subeunt. qui erroribus acti
Uertere se ad verum non potuere bonum
Mens errat. quotiens ratio non imperat et cū
Que bona sunt cernit/deteriora sequens
Sed nimium fuimus digressi. iamq; redire
Causa monet. nostrum ꝓpositumq; sequi

Hic redit ad inceptū

Inceptum fuerat nostrum. moderatio motus
Quodq; nitet rebus/conspiciturq; decus
Hac in re noster sermo versabitur omnis
Tam liquido. quantū nostra Thalia potest
Inprimis igitur studeas seruare decorum

Magna vis bonestatis est in decoro qd duplex ē cōmune et proprium

Uis magna officijs eius messe solet
Dicitur id duplex. cum quoddam sit moderātis
Quoddam cōmuē. quod generale magis
Quod cōmuē ferunt est. quod comitat̄ honestū

Quid sit decorum cōmune

Omne, et inest illi. nec valet esse sine
Hoc magis apparens oculis/simul aurib⁹ extat
Hoc sine nil rectum nil reor esse bonum

Non aliud fuerit q̄m cōuenientia rerum

Quas homines recte vel sapienter agunt

Et velut in toto confusa est corpore forma

Nec tamen est corpus sed magis id qd inest

Sic etiam recto censetur inesse decorum

Quod rectum exornat. quodq3 videre iuuat

Sic mouet hoc anios / oculos & forma venusta

Corporis / oblectat / detinet atq3 monet

Aptius id cernas interno lumine mentis

Quaz verbo. aut calamis id reserare queam

Sed decus est animal. quod p̄te spectat honesti — Quid sit decorū p̄riū siue p̄ticulaē

Que proprios motus temperat atq3 regit

Hoc habitu gestu mensura voce pudore

Est positum. in cultu tempore tūmq3 loco

Hoc facit vt placeas. gratus sis omnibus vnus

In populum de te fama perennis eat

Nec spernas / populus de te quid senciat omnis — Non spernendum quid hoies de nobis senciant

Est graue cunctorum spernere iudicium

Iudicio inserui populi. namq3 esse superbus

Creditur is. solus qui sua facta probat

Offendunt animos hominū deformia quedam
Ut violant corpus spicula missa manu
Qui tamē offendūt hos dicimus inverecūdos

Qui dicant iniusti et qui inverecundi

Dicimus iniustos qui violenta movent
Corporis aut tantum servandum crede decorum
Est animi interius. sed mágis atque magis
Ast animū poterit componere quisque decenter
Imperium ratio si tenet ipsa suum
Aut si deiecta est ppria de sede. resumit
Confestim solum. quo sedet illa sacrum

De ira cavenda

Hic primum a turpi tete servabis ab ira
Deformat vultum que simul atque animū
Turpius irato quid possis cerne vultu?
Cum fluit a rabido spumeus ore liquor
Sic despumat aper cinctus latrante caterva
Sic etiam frenis exagitatus equus
Non hominez dicas ferviens quem concitat ira
In furias versus incipit esse fera
Consilium perdit tanq̄m furiosus et amens
Penitet hunc facti protinus inde sui

Quo pestem hanc fugias. tecū meditaberis an̄ — Quō possimus cauere ab ira
Ut constes si te causa furiosus adit
In specula tanq̄m vigilat qui preuidet hostes
Sic vigila in cauto. ne ruat ira tibi
Egrediensq̧ domum. tanq̄m certamen adires
Limine sub primo / prouidus arma cape
Teq̧ para. sicut timeas ne forte latrones
Aut tibi non visus hostis abesse queat
Si tamen incautus fueris prolapsus in iram — Quid faciendū homini q̄ incidit i irā
Ne tuleris mersum te iacuisse diu
Interea nullo sumas de crimine penas
In penis vllum non habet ira modum
Seuiciam nimiam tu detestabere semper
Et modicas penas tu pius vltor ames
Precipue dulces genitor si affligas alumnos
Cum modica in natos pena sit apta patris
Ad veniam crudum cum te natura crearit
Siluestres crudus non imitere feras
Est quoq̧ vitandus motus contrarius ire — De nimio ioco fugiendo
Qui semper ludo vertitur inq̧ ioco

Non nos ad ludos genuit natura iocosq;
Sed multo grauius illa requirit opus
Utilis in dictis sis/plusq̄m voce facetus
Seria sint crebro. rarior ipse iocus
Non tamen illa vetat nos ludere. nonq; iocari
Sed iubet in rebus omnibus esse modum
Non decet vt tanq̄m durus fugiaris et asper
Nec quoq; contemptus sis leuitate tua
Gloria non ludo tibi sit quesita iocoq;
Ut tota fias/ludius vrbe vagus

De mensura ioci et modo et quando

Ut licuit fessis vires reparare quiete
Sic salibus fatis te recreare licet
Cumq; iocum misces. sic sic moderabere dictis
Ne facile ex ipsa tu grauitate cadas
Sit iocus ingenuus. moderatus, sit verecundus
In quo vel multum luceat ingenium
Ergo vbi tempus erit/nō tanq̄m scurra volabis
Sint salibus pondus. gestus et ipse grauis
Uox tua non nimio fuerit clamore soluta:
Nec citus incessus. cuiq; tumultus inest.

Non ledant quenq̃ caueant tua verba iocosa
  Contristent nullum. sint sine dente sales
Nec ridere vetant quenq̃ mea scripta modeste
  Sed nimium risum forma decora vetat

De nimio risu cauendo

Turpis enim risus nimius. nam fusus vbiq̃
  Quid pueri. et fractus quid mulieris habet
Est odio dignus qui furtim riserit. et qui
  De damno alterius soluerit ora iocans
In ludis vites quo questus queritur. et quo
  Jacturam nimiam temporis ipse facis

De ludo nimio et inhonesto cauẽdo

Si fueris iuuenis ludum tibi quere laboris
  Qui causã prestet. quem moderere tũ
Ludere non vnq̃m vidi. nec perdere tempus
  Egregium. et digna cum grauitate senem

Non decet senem ludere

Nec iuuenem vidi nimio se dedere ludo
  De quo precipui spes sit habenda boni
Sit tibi congressus cum doctis cumq̃ peritis
  Cum studio lassus/te recreare cupis

Quõ se recreare debeat qui fessus est

Ingenij vires auget meditatio gressus
  Incolumes artus nou minus ille facit

De venere cobibēda Senciat et frenum veneris sibi feda voluptas
Ne quantum libuit sit spaciata procul
Qui nimis indulget veneri. pareitq palato
Re pecus est. tantum nomine dictus homo

Que remedia contra venerem
Quisq cupidineas poterit compescere flāmas
Qui fomenta rogis abstulit apta suis
Quiq nihil voluens animo. quod concitet ignē
Nec nisi seruata sobrietate bibit

Non pdeūdum in pugnā cū venere sed fugiendum
In pugnam duby noli prodire duelli
Cum venere et mensa prelia iure caue
Nec tentare velis q̄p sobrius q̄mq pudicus
Cum Thais et mensa sit tibi structa xp̄e
Difficile est flammā non se inclinare repente
Proxima cum rapido sit sita stupa rogo
Turpia quo vincas. fac certes eminus illis
Fac tua ne subeat tecta petulca cohors
Ne veniant intro/cum vectibus obstrue portas
Non tutum est illis conseruisse manus
Non sine te victo (credas) in fine recedēt
Ipse triumphatus. et spoliatus eris

Queritur hac in re solum fugiendo triumphus

Quid mirere magis? est data palma fuge

Deniq; captiuus si forte cupidinis tres

Te pcre redimas. q̄m minimo ere potes

Excute de miseris laqueos ceruicibus ipsos

Uim facias. fugias. est mora plena mali

Nam quicūq; fuit veneri blanditus. ab illa

Durius affectus ignibus esse solet

Cumq; homo sis / certe diuine mentis imago

Ut deus / a carne est. sic procul esse stude

Quaz uis clā peccces. semper tamen es tibi testis

Cur alium quam te tu vereare magis?

Qui latitant intus mores tuos compone decoros

Nec minus id cures. hij quia forte latent

Nanq; parum refert q̄ nemo perspicit illos

Quos tacito tecum nocte dieq; vides

Omnibus est vitio veneris damnosa libido

Sed nihil in senibus fedius esse potest

Preterea senibus nimirum conuenit illud

Exemplo vt iuuenes consiliisq; regant

De redimendo se a venere

Etiam occulta pec cata sunt fugienda

Turpis venus in senib9 p̄ ceteros

De officio senum in iuuenes

Se prestent tales coram sermonibus illis
Ut possint multo semper honore coli
Hoc solo quondam fuerat veneranda senectus
Hoc solo antiquos hy voluere patres

De officio iuuenū in senes

Sed contra iuuenes senium venerent᷑ honorent
Sint comites longe subsidiumq𝔷 vie
Curia seu poscat, seu sacri festa diei
Herebit senibus officiosa cohors
Ex quibus optabant cuius precepta sequantur
Gesta simul cuius sint imitanda magis
Est fateor magnum signum probitatis in illo

Signū virtut᷑ est in iuuene honorare senectutem

Obsequio gaudet qui celebrare senem
Confirmat iuuenum labor, et pacientia corpus
Arcendi a venere sunt nimioq𝔷 mero
Sint q𝔷 cibi viles positi vulgataq𝔷 mensa
Nam tantum venter. non saturāda gula est

De tēpācia iuuenū

Non epulas iuueni mittat famosa popina
Sed quas decorit parca coquina patris
Sed neq𝔷 desidie dederint se etate senili

De officio senū et iuuenum in genere

Quis neget a senibus plurima posse geri?

Aut leget. aut scribet. cum primū ex ede reuersꝰ

Sacra. vbi iam primo sole oriente fuit

At puer addiscat. tum plurima corde reponat

Nam facile est puerum cogere ferre iugum

Nec cures. sensus si non percepit ad vnguem

Cum recitat multos ordine mente libros

Nam sparsum in terra semen/producere germē

Differt per menses. et tamen inde feret

Interea terre matris nutritur in aluo

Cui tacito vires subgerit illa suas

Si puer a teneris quecūqȝ acceperit annis

Reddere iam fructus sentiet illa senex

Sit tibi cōueniens cultus grauitateqȝ dignus

Ne retegat vestis/quod tibi corde latet

Vestis enim multos molles detexit. et intus

Innatum prodit/quod latet vlcus iners

Que rubet in summo carnis vessica pusilla

Est iudex intra saguinis illa mali

Delicias potius credas mulieribus aptas

Quaȝuis nec nimias in muliere probem

Pueri discant mul ta memoriter

De modestia in vestibus

Quare delicie si sint. non mollis inbere

Nec si non fuerint anxius ipse pete

De vestib⁹ femineis a viro non sumedis

Femineos cultus. et gestus sumere molles

Uir putet indignum ridiculumq3 simul

Quid magis est contra naturam. siue decorum

Quaz sub feminea viuere veste virum ?

De mūdicia curāda et de duricie nimia et mollicie fugiēda

Sorde tamen careas. nec tu videaris agrestis

Mollicie pariter duriciemq3 fuge

Sis pauper q̄uis tu munde viuere debes

Nam neq3 cui pauper sordidus esse licet

Media vita tenenda

Nec qui te mollē p̄hibet te suadet agrestē

Et durum. quod stat inter vtrumq3 probat

Dedecet extremis nimium quodcūq3 p̄pinat

Est laudi/ centrum quod mediumq3 tenet

De tempantia in victu

Simplicitas mense placeat non arte parate

Que possit tantum tollere parca famem

Sufficiens victus tibi sit. nec prebeat vllam

Mensa voluptatem. sed tibi nuda cibum

Excitet ipsa fames ieiunum longa palatum

Non sapor inuentus mulceat arte gulam

Fercula non numeres. escas sed posce salubres
Et placeat que olim cena placebat auis
Nec magni esse puta. q gloria parta culina
Sit tibi. sed potius sobrietate stude
Nec tam parcus eris. subeas q nomen auari
Et fias vulgi fabula trita tui
In minimis rebus ne cures figere leges
Leticie vt nullus sit datus vsq locus
Nam res parua quide permagnu dedecq affe
Et tamen illa nihil vtilitatis habet
At cum sint multe partes causeq decori
Precipua est. scimus qua variare vices
Non est semp idem sub quoquo tpe honestum
Ut protheus/multas vertitur in facies
Quicquid enim iuuenez decuit. pueruq tenellu
Non eadem possunt illa decere senem
Condicio. officiu. tempus distinguit et etas
Ut modo quod decuit/nuc tibi turpe putes
Iamq magistratus mo quod priuatus agebas
Desine. nunc aliud publica causa monet

De nimia parcitate vitanda

De officijs commutandis

Non faciendum ingratui qd priuato et militi qd togato. Seni quod iuueni

Que fuerant medijs tibi verba ferocia castris
Urbe morans mitte. respuit illa Toga
Si studijs ageris iuuenilibus ipse senescens
Scito q̄ officium deseris omne tuum
Si neq; mutauit mores prouecta senectus
Ut terrum monstrum diffugienda tua est
Optasti iuuenis pertingere adusq; senectam
At nunc optanda est altera vita seni
Ridendus senior/pueri qui suscipit artes
Tanq̄m si in cunis nunc recubare velit
Sacerdos differat ab alijs in moribus sicut in vestibus
Aspice q̄m differs alijs in veste sacerdos
Tantum differre moribus ipse velis
Et quo maior apex cingit tua tempora. tanto
Est morum cura maior habenda tibi
Non facias vt quisq; facit. cum non tibi quisq;
Collatus fuerit. perfice maius opus
Si leo sis factus/mores assume leonis
Non vltra mores muris habere licet
Aquilā Talpa
Cūq; oculos aquile dederit tibi Christ⁹. in altū
Suspice. nec pergas vertere talpa solum

Cum fueras miles. castrorum tela mouebas
Nunc christi miles / accipe tela crucem
Cum medicū gereres / curabis corpora morbis
Nunc debes factus pascere pastor oues
Aduigilans noctu pastor custodit ouile — De officio pastoris
Ne pecudes perdat vis rabiosa lupi
Nec satis est sese pastorem reddere saluum
Sed debet saluum reddere et ipse gregem
At qui cum ꝓpria vitam contemnit ouilis
Amotus ꝓprio iure erit ille grege
Pastores ouium multi sese esse fatentur — Negligencia multa est in pastoribus
Sortiti falso nomina tanta sibi
Nam neq; ieiuni curam meditantur ouilis
Nam neq; si cupiant munera ferre sciant
Quin satur est pastor rarus. licet omnia pleno
Suppeditet stomacho luxuriosa gula
Adde etiam. nulla careas vt parte decori — De officijs eligēdoꝝ p natura cuiusq; boꝝ
Prospice / persona que magis apta tibi
Est alij laudi vultum seruare seuerum
Ast alij leta frons magis apta sedet

Si velit hic tristem se reddere/ fiet ineptus
Si velit ille hilarem non magis aptus erit
Est alius lenis. facilis. sermone facetus
Hic quoq; tristicie possit habere nihil
Hic simplex. veri et recti semper amicus
Ille nisi cum multa nesciat arte loqui
Cognoscenda est natura cuiusq; cui arti sit apta
Quisq; igitur teneat. sibi quod natura secūdat
Si modo nil vitij. nil fouet illa mali
Spectandi coloni
Est operepretium doctos sperare colonos
Semina qui reddunt congrua cuiq; solo
Agricola imprimis naturam querit agelli
Inserit hinc plantas. quas regio ipsa cupit
Collibus infigit vites. in vallibus alnos
In siccis melius crescit oliua locis
Frigida castaneis. sunt pinguia consita malis
Lyttoribus myrtus/ Citrea poma virent
Gaudet mōte pirus. sed crescit aquatica lothos
Et platanus riguis maxima crescit aquis
Ergo tuam noscas naturam. herebis et illi
Sedulus, vt prestes. nam sua quemq; decet

Ingenio splendere tuo nitare. labora
Et tibi non pluris sint aliena tuis
Non bene deuitat quod quis sortit ab astris
Nec facile acquiret quod sibi stella negat
Quando metum ceruus deponet: qn̄ leonem
Non timeat taurus: agnaq3 parua lupum:
Quando vel assuetā mittet vulpecula fraudē:
Aut erit auritus absq3 timore lepus:
Non vnq3 mergus se mergere desinet vndis
Non canet et coruus. vt modulatur olor
Caprea non siluas. non linquet rana paludem
Non gemitum turtur arbore mesta canens
Non aliter cupimus quicq̄m renuēte minerua
Quam nauta aduerso flumine ferre ratem
Qui trahit aduersis nauem currentibus vndis
Gaudere optatis non solet ille diu
Quippe q amissis superante labore lacertis
Reycitur preceps deteriore loco
Sic sua qui spernit / captans aliena frequenter
Amittens ꝓpria/ non aliena capit

Nō facile resistit ꝓprie inclinacioni

Rana nō linquet paludem

Nihil bene fit in vita minerua

Quicq; vnum retinens/aliud studiosius optat

Sepe hic delusus stultus vtroq; caret

At si te numus pretoris/siue Tribuni

De officio eius qui necessario tractat quod nō est suum

Officium ignotum forte subire iubet

Ut quia verba foro tibi sint facienda diserte

Cum neq; sis Rhetor. grāmaticusq; minus

Tunc causam meditare prius. scitare peritos

Quod nescis discas. suppleat ipse labor

Ut si non possis nomen. laudemq; referre

Non referas saltem dedecus. atq; notam

Que semel est autem viuendi forma recepta

De nō timere mutā do genere vite sed cum consilio

Hanc serues. temere nec variare velis

Si tamen est ratio mutandi. et perferat etas

Fac mutans doceas. q̄ ratione facis

Non leuis vt ventus. sed pro re mobilis assis

Constans. non durus ꝓpositiq; tenax

Nam variare genus vite/leuitatis habetur

Si temere. leuitas non leue crimen erit

Tunc quoq; paulatim mutes. nā facta repente

Uersio/non hominū suspicione caret

Ipse magistratus cum sis. tunc exue mentem
Priuatam. populi te caput esse putes
Per te tunc populus loquitur sentitqꝫ videtqꝫ
Utile quod fuerit omnibus ergo vide
Publica priuatis preferri cōmoda debent
Iuridicus debet immemor esse sui
Tum decus obserues. quod maiestate verenda
Sit dignum. mutes os. habitumqꝫ tuum
Multa quidem pretor prohibet. plurima cōsul
Que neqꝫ priuato sunt prohibenda viro
Multa etiam damnare solet tempusqꝫ locusqꝫ
Que neqꝫ sunt alio tempore digna nota
Iurgauit merito Sophoclem collega pericles
Qꝫ puerum insperit. dum sacra iura daret
Si fecisset idem campo. mediaqꝫ palestra
Causa fuit iurgi nulla pericle tibi
Ergo velut cythare concordant ordine nerui
Ut cupidas aures mulceat arte sonus
Sic tempus. persona. locus. concordat et eius
Officij vt species. eniteatqꝫ decus

De officio magistratus

Publica priuatis preferenda

Spectanda sūt tēpora et loca persōe

Sophocles a picle reprehenditur

Similitudo

De officio priuati ciuis

Est quoqꝫ priuati ciuis non ciuibus eque
Viuere, nec socios subdere velle suos
Nec tamen inferius paciatur subditus esse
Cum quo iura volunt viuere lege pari
Non adeo simplex vt contemnaris ab vllo
Dumqꝫ velis lenis languidus esse caue
Non cuiq̄m visus sis ambiciosus et audax
Fac te submittas non tamen abycias
Equus eris paribus. sed nec cōtemne minores
Maiores equa tu quoqꝫ mente colas
Non tamen hos metuas multa formidine tristis
Nam quicūqꝫ sine est crimine/non metuit
O quantum debes turpi tu labe carere
Res sola hec/homines absqꝫ timore facit
Factio non placeat. cōmunis pacis amator
Consule tranquille perpetueqꝫ rei
Qui bene gesserunt iam publica munera. vel qui
Nunc presunt. merito semper honore cole
Quos quoqꝫ vulgauit virtutis nomen/honora
Pulchrum est et natis esse in honore patres

Ipse peregrina si forte moraris in vrbe

Nullius vrbane sit tibi cura rei

Sed tantum proprii maneat tibi cura negoci

Ne tibi quis dicat. Aduena vade foras

Sed neq₃ tu debes peregrinos spernere ciuis

Accipias quenq₃ mitis in vrbe tua

Durus in externos/hominem sese exuit omnem

Et versum in seuam se probat esse feram.

Non alia causa vertit sua membra Lycaon

Quaz q in externos seuus et asper erat

Omne tibi credas q sit tolerabile pondus

Sed quod turpe grauat/non tolerabile erit

Turpe grauat quicquid mores subuertit honestos

Et quicquid fame te facit esse male

Turpia nature celabis mēbra verende

Nam natura tegens illa magistra tua est

Hystrio qui in scenam vadit. sibi subligat aptat

Ne prodat quicquid lex verecunda tegit

Non igitur valeris q te verecundior is sit

Scenicus.impune cui licet esse malo

De officio pegrini

De officio ciuis in peregrinos

Lycaon versus in lupū vt dicit ouidi⁹ Li.i.me.fa.vi.

De omni turpitudine vitanda

Natura magistra morum optima

Cinici omnia nomina honesta dicunt

Nec cinicis credis quibꝰ omnia nomina honesta

Turpia sed caueas dicere verba palam

Turpibus abstineas dictis/grauiora locutus

Turpia iacturam dicta pudoris habent

Sit tibi circuitus cum dicere postulat vsus

Mens etenim et lingua debet honesta sequi

Turpia nam subeunt dicta ad penetralia mentis

Sollicitantq; animũ. quem tenet alta quies

Turpia dicta vitãda sũt vt res male olentes

Tanq; ea tu spernas. q̃m res male spnis olentes

Quã sperni lubricum progrediendo locum

Nam quod olet/nares ledit. via lubrica/ plãtas

Sed ledunt mores turpia verba bonos

De iactantia vitãda

De qua nil didicit quisq̃m non arte loquatur

Nam sepe est presens/qui sua dicta neget

Greca parum doctus/non disserat ore latinus

Virgilij interpres nec quoq; grecus erit

Qui studuit leges dimittat de medicinis

Dicere. cui tantum nescia credat anus

De modestia in incessu

Preterea incessu sua debet inesse venustas

Cum pateat semper omnibus esse palam

Sepe etenim incessus/grauiter censetur ab illo
Nanqȝ animi mores sepe videre potes
Non igitur lentus, non sit festinus ametur
Quem neutra in parte dicimus esse nimis
Non placet incedas, sicut qui fercula portant
Nec sicut solita est tradita sponsa viro
Non tamen vt nimio cursu defessus anheles
Aut cap[illegible] io rēs precipitatus eas
Nec minus in verbis speciem, formāqȝ decori
Inuenies, laudem ferre loquendo potes
Dum loqueris socios inter/charosqȝ sodales
Tunc insit sermo pressior ore tuo
At cum verba foro facies, contentio maior
Nisibus, inqȝ aures vox tua missa fluat
Uerba tamen studeas preclara exponere voce
Claram natura/tum tua cura dabit
Seria si tractas, vultus assume feroces
Si leuius quicq̄m sit tibi fronte lepos
Judicio fueris plusq̄m sermone seuerus
Sit tibi q̄m vultus vita seuera magis

De temperantia in loquendo

Uox clara

Sit sale cõditus sermo. cedatq; libenter
Consocio. et vinci sepe putato decus
Ueridicus fueris. nulli tua verba secundent
Sed tamen hac in te debet inesse modus
Nam satis est certe te dissentire fateri
Cui nõ consentis / desine turpe loqui

Uicissitudo seruãn da in sermonibus

Ausculta socios. cum sis tua verba locutus
Te solum turpe est omnia velle loqui
Si quis contendat vel falsum / cede proteruo

Fugienda iurgia in sermonibus

Jurgia ne forte sint ineunda tibi
Non ideo turbes alios audire volentes
Hoc quia delectent te referenda parum
Quin patiens alios audi quecũq; loquentes
Exeat et sermo rarior ore tuo
Si iuuat aut tristem te fronte vel esse seuerũ
Non damnes illos. quos iuuat esse hilares
Sit tibi contemptus nemo. quia purior ille est
Consilio et facto. sed magis ipse iuua
Dum loqueris caueas. ne sermo lapsus ab ore
Indicet id morbi. quod tibi corde latet

Non quenq̄m carpes absentem. nanq3 videris
Proditor incauti cedere terga viri
Sed spectes etiam ne sis te carpere visus
Dum damnas illos. quos imitare viros
Quoscu̅q3 alloqueris. fac vt digner᷑ honore
Nec minimu̅ e plebe spernere visus eris
Quin potius studeas omnes videaris amare
Nam vere id fertur. non nisi amatus amat
Cunctorum placidis ineunda est gratia verbis
Et seruanda vetus semper amicicia est
Nō quēq̄m interroges acri. nec voce minaci
Responsum mitis tu facilisq3 dabis
Nō nimis extollas quencq3 nec presseris vllu̅
Laudibus et vitijs assit vtrisq3 modus
Sic lauda. et damna. ne possit dicere quisq3
Judicij minimu̅ vel bonitatis habes
Insuper idcirco non delectabere lingua
Uulnus in absentes vt iaculere viros
Quisq3 q̄ absentes carpentem signat et odit
Dum putat absenti non secus esse sibi

De officio in hono rādis auditoribus

Nullus amatur nisi ipse amet

De officio in̄ laudādo z vituperādo

De assentacionē vitanda

Non tibi blandiri quē q̄m patiare. nec vlli

Tu blanditus eris. error vterq̨ grauis

Blanditus caueas. ꝙ tu merceris amicos

Sed neq̨ blanditus te magis vllus emat

Laudari a malis vituperari ē et ecōtra

Non plus esse potes. si te quis laudat iniquus

Quā tibi si causa laudis iniqua foret

Ascribe ad laudem veram/ maledicta malorum

Sūma etenim laus est displicuisse malis

Difficile est blandis verbis occludier aures

Egregium imprimis/ id q̨ refertur opus

Nō dāde aures adu͡l latorib⁹ q̄ sireēs sūt

Non puto sirenas alias quas spreuit vlixes

Quā blandas linguas. sunt ea mōstra satis

Cauendū mag͛ a blād͛ q̄ a maledic͛

Semper blanda magis. q̄ tu maledicta timebis

Nam vitia ostendūt hec. magis illa tegūnt

Quod patet exterius facile est curabile vulnus

Phillyrides Chirō medicus

Phillyridem fallet. quod latet interius

Non aliud q̄m sis studeas in plebe videri

Sed neq̨ quod non est finxeris esse tibi

De iactantia vitāda et vitys ꝓprys non manifestandis

Non etiam referas tua fortia facta. genus q̨

Et proauos. quicquid nobilitatis habes

Non decet vt quisq̧ laudum sit preco suarum
Nec decet alterius stemata voce premat
Alterius fame dictis non liuidus obstes
Cantator facti sis minus ipse tui
Ut sapiens nullus populo sua crimina vulgat
Sic neq̧ virtutes predicat ille suas
Nam laus vt fertur proprio sordescit in ore
Presertim falsa/milite digna leui
Sed magis id facito. quo tu referaris ab omni
Ductus in exemplum posteritate tua
At sua qui fatuus. diuulgat crimina multis
Omnibus hic iure creditur esse furens
Et seu falsa ferat de se. seu crimina vera
Dignior est pena, dignior ille cruce
Si tamen acciderit. q̄ sis ignotus. et ipsa
Sint tua. tunc parcus illa referre potes
Hac noscant homines. fuerit tibi si qua facultas
Ne tamen hys fiat illa molesta vide
Nemo etenim accensā posuit sub corbe lucernā
Aut oculos propius q̄ decet esse locat

Laus in proprio ore sordescit

De v̄tute ꝓpria sine arrogantia manifestanda et gloria inani nō appetenda

Vana gloria non petēda

Gloria nam studio non est tibi vana petenda

Non sapit is si cui gloria vana placet

Vana est omnis gloria

At vana est omnis. quia quicquid gessimus ipsi

Non nos. sed sūmus dux fuit ille deus

Propterea est omnis celesti debita patri

Gloria. sic Christi dicere sponsa docet

Immeritis igitur nobis est si qua tributa

Nec poterit vana dicier atqꝫ levis

De modestia in obiurgando

At si quem obiurges. cura ne percitus ira

Sis visus. sed ꝙ ductus amore facis

Sepe nihil prodest nimiū reprehensor acerbus

Plus prodest hilaris. nam magis ille docet

hilaris rephēsor sit

Errori veniam facilis donabis. et illi

Non dandam dices/si repetitus eris

Si neqꝫ verba valent. et charior ipse reprehensꝰ

Utere carceribus. compede stringe pedes

Non nimium longe fueris iurgando profectus

Inter disiunctos acrior esse cave

Medici imitandi in obiurgando

Si sapias medicos iurgans imitare peritos

Qui tantum ut sanent putrida mēbra secant

Sic tu quo prosis prudenter corripe charos
Non odium queras. dum malefacta refers
Ergo sit hoc raro. cuiq; est iniuria cesset
Sit tunc. cum melior nulla relicta via est
Si quis te contra moneat. patiare monentem
Que monet vt prosit/non graue dicta feras
Nam si te merito iurgauit. profuit ille
Sin minus. id voluit vtilis esse tibi
Te si quando procax inimicus dente lacessit
Utere et aduersus hunc grauitate tua
Heu quantum nocuit sine ferro callidus hostis
Si facit vt solita tu grauitate cadas
Non quicq̃m indignum sancto tibi decidat ore
Quazuis ille canis improba verba iacet
Preterea intendas. ne sermo longius erret
Digressus. propera/luce reuerte domum
Prospice/ne quisq̃m dicat iam luce ꝓpinqua
Jam tandem ad causam propositumq; redi
Deniq; cum sentis socios sermone grauari
Desine. ne pergas longius esse grauis

De officio eius qui reprehendit

De officio aduersus inimicos

De seruando modo in loquendo

De modestia domorum | Non habites edes pictura et marmore cultas

Sed salubrem cures incoluisse domum

Hanc seu tu fabricas, precio seu suscipis emptã

Aspice qualem vsus exigit ipse tuus

Nam domus humanos cum solum fiat in vsus

Assit dumtaxat vsibus apta tuis

Cella interior mũdanda est | Nec tibi de cultis domibus querenda voluptas

Sed magis e cella est interiore tua

Hanc si mundabis miros tibi fundet odores

Sume voluptates quot cupis inde tibi

Cumqz domo verses non toto tempore vite

In cella maneas noctibus atqz die

Propterea assyrio cures hanc spargere odore

Hec cures omni quo decoretur ope

Non igitur dominus pulchra noscatur ab ede

Sed domus a domino sit celebrata suo

Non decet vt totus tibi splendor ab ede petat

Splendorem domini sed iuuet ipsa domus

Non queat illa frequens in te sententia dici

Quã dispar domin⁹ est tibi prisca dom⁹ ?

Sepe ego dicentes audiui tempore nostro

Heu domus antiqua q̄m tibi dispar herus?

Non etiam condas maiora palacia ruri

Quā modo prescriptus dictet in ede modus

De modestia in gestibus

Sic manuum gestus, sic os, oculosq; gubernes

Indicium vt prestes / qualiter intus habes

Quos aūt gestus aliorum ducis ineptos

Iñ te crede illos posse placere minus

At si quid dubitas, fidos tibi consule amicos

Ut quicquid peccas te monuisse velint

Pictores et poete consulunt amicos

Sic faciunt docti pictores, sic q; poete

Interrogant alios / quale videtur opus

A quibus artibus abstinendum

Sed neq; tu cupidus turpes sectaberis artes

Multarum vt dominus efficiaris opum

Sed pariter fugias que sordida lucra putant

Nāq; odij causas inuidiamq; parant

Que sunt artes sordide

Quare non custos portus, nec fenoris auctor

Non lanius, caupo, sordet id omne genus

Et sordent omnes, quorum non artis ametur

Ingenium, sed opus, id genus omne fu-

Nil habet ingenuum quicquid vulgata taberna

Exposuit. queqꝫ est prompta popina gule

Alea. saltator. seruant nil prorsus honesti

Mercator tenuis. sordidus ipse q̃ꝫ est

Tenuis mercator est sordidus

Quisquis emit merces illas subitoqꝫ reuendit

Periurus. vanus. semper is esse solet

Nil autem vano et periuro turpius extat

Nanqꝫ homines fraudat. negligit ille deos

At si mercator/magnus/sit mercis opime

Ut puto non magno vertitur ille probro

Hic q̃ꝫ laudari poterit. si plenus/ad agros

Agricultura laudatur

Se tandem vertens Agricola esse cupit

Nil melius cultu terre. nil dignius illa

Que pauca accipiens/plurima donat hero

Hanc quondam mundi victores rure modesto

Sũmi imperatores fuerũt aratores terre

Vertere cum ꝓpria non rubuere manu

Curia conscriptos patres cogebat ab agris

Quiqꝫ hodie est consul/ante bubulcus erat

Artifices inter/medicus laudatur. et Archi

Architectura laudatur et medicina

Tectus. qui fabros edificare docet

Officij exactor non sis. si redditur vltro
Gratia. non segnis ipse receptor eris
Non cito credideris vulgo quecu͂qꝫ feruntur
Sepe fuit falsum quod mala lingua refert
Sepe mali querunt sub nomine simplicitatis
Dum referunt falsa/precipitare bonos
Artibus istorum quantum potes ipse resiste
Despice que dicunt despice que faciunt
Te placidum studeas rebus prestare secundis
Nam magis id debes. quo magis ipse potes
At si sint tenues tibi res. solacia queras
Nec fueris visus omnibus esse miser
Non tua cum doleas. aliorum co͂moda narres
Ne videare suis inuidus esse bonis
Discere semper ama. nec sit tibi maxima cura
A quo tu discas. sit didicisse satis
Quod nosti doceas alios/id scire volente͂s
Sis memor ex alijs te didicisse prius
Jamqꝫ operi finem nostro prescribe Thalia
Tempore que superant co͂modiore canes

Dissimulanda est miseria

Conclusio

Da veniam lector si sum nimis ipse profectus

Nam nisi prodesse nil mea musa cupit)

Finis

Do. Manci. fri. Severinati episcopo malleacē.

Cum vellem paucis ad te friderice Tabellam

Scribere. prolapsa est dextera nostra nimis

Ut scripsi. timui tam longam mittere chartā

Ne totam absūmat illa legenda diem

Sed cum te vacuum ruri. lentumqꝫ putarem

Cessavit subito rusticus ille timor

Quin dixi. postq̄m perijt iam scripta Papyrus

Mittenda est. nequeat missa perire magis

Forsitan ipse pudor/ et dulcis gratia ruris

Servabunt nostros flumine et igne iocos

Vale

Carmē Sulpicii verulani de ingenuis moribus in mensa seruandis

Uos decet in mensa mores seruare docebo
Uos benemoratos reddere cura mea est
Queqꝫ vetem. seruare et que precepta iubebo
Discite ne surdis auribus ista canam
Discite me pueri. placuitqꝫ hec dicite nobis
Sulpicio facili tradere discipulis
Hec moneo primum serues. semperqꝫ monebo
Preqꝫ tuis oculis hec/ mea iussa tene
Sit sinē labe toga et facies sit lauta manusqꝫ
Stiria nec naso pendeat vlla tuo
Et nihil emineant. et sint sine sordibus vngues
Mareqꝫ ne villus stet tibi naso monet
Linguaqꝫ non rigeat. careāt rubigine debes
Et caput et corpus scalpere turpe puta
Exprime nec pulices. nec corā quere pediclos
Et scabiem neres aptius ipse domi
Seu spuis nasum aut mūgis nutasi ue memento

Post tua đcussum vertere terga caput

Nec niueos manib⁹ tangas. sputum ve resorbe

Panniculo nasum mungito siue toga

Et ructare caue quando ora in terga reflectas

Stringe os/et crepitum. coge tenere nates

Mundicieq; tibi placeant. medio quoq; cultum

Utere. ne turpis vel videare leuis

Nec malefacta refer. promas nec turpia dictu

Et stomachosa quidem dicere turpe tibi

Moribus honestis tu preditus esse studeto

Parce gule turpi. lasciuiamq; fuge

Parce & auaritie. bilem frenare memento

Inuidus aut tumidus non odiosus eris

Desidiam fugies. atq; ocia turpia pelle

Sic turpem ludum. sic sociosq; malos

Fidus sis. audensq; bonis. temerarius esse

Despice. non audax. non timidus ve sies

Nec penitus mutum. nec te decet/esse loquacem

Conuenit ille thoro. conuenit ille foro

Et mansuetus eris. rectum te lectus habebit

Detege nec socium. nec tua membra moue

Nec sis difficilis nimium nec credulus esto
Dedecus et metues. et reuerere probos
Futilis et mendax nūq̄ nimium ue seuerus
Esto. sed affabilem munificumq̄ velim
Sis pius. atq̄ coles supos. venerare parentes
Et noceas nulli. surripiasq̄ nihil
Nec sis vinosus quāuis potasse Catonem
Phama refert. fugias sumere vina mera
Non sis derisor. non somniculosus. iniquus
Non iudex. nec tu testis iniquus eris
Omnibus in rebus studeas precor esse modestus
Sis auidus laudis. sit tibi cura boni
Sic benemoratum laudabimus atq̄ colemus
Sic et honorus eris. sic eris ipse grauis
Nunc faciles aures. animū quoq̄ prebe serenū
Morigerare mihi mollia iussa dabo
Non sum qui laudem sūmo te accūbere mane
Iudice ꝯueniens me detur hora cibo
Nec vos ante focum cenas producere longas
Hec faciat caupo. tu tamen ista fuge

Sterne toros nitide. lautosq; appone torales
Atq; salem et cererem. flumina. vina. dapes
Te vitare velim cupidus ne vt lurco. sonoras
Contractes fauces. mandere turpe quidem est
Et licet antiqui cubuissent pectore prono
Te colla hec etas recta tenere iubet
Et finito mense cubitis herere potentes
Tu tantum faciles pone repone manus
Tuq; puer iubeo sedeas vel raro. vel astans
Pocula misce celer. pone. re tolle dapes
Conuiuasq; epolum super importare minister
Effuge. nam turpis sepe fit inde toga
Quodq; iubebit herus. facilis. semperq; subito
Quemq; tibi dederit tu tibi sume locum
Quodq; vir egregius timido tibi porrigit illud
Sume libens. grates dignaq; verba refer
Esto tribus digitis. magnos nec sumito morsus
Nec duplici tenta mandere velle bolo
Dapsilis et largus semper. semperq; sodali
Impartire tuo pauperibusq; dapes

Nec ttos obscenos laudabimus aut cōmedones

Tantū ede quo viuas. uiue nec vt cōmedas

Nanqꝫ cibus nimius capiti. stomachoqꝫ nocebis

Corporis hic vires ingenijqꝫ rapit

Sausape nō macules. aut pectora nec tibi mētū

Stillet. sitqꝫ tibi ne manus vncta caue

Sepe ora ac digitos mappa siccabis adacta

Nec tua in ore diu sit remorata manus

Quod tibi vicinum fuerit tū sume. sodali

Cede tuo referet dum tamen ille manum

Dumqꝫ infrusta secat caueas sumpsisse recisa

Diuide cum socio dulcia si qua tibi

Nō manibꝰ gremio immisces tibi vellicet vnguis

Quod sumpturus eris. nec pede verte rotā

Incide et morde quodcūqꝫ assumere gestis

Tingantur rursus ne tibi morsa caue

Nec lingas digitos. nec rodas turpiter ossa

Ast ea cultello vellere rite potes

Sine super mensam cortex cumuletur. et ipsa

Ossa. vel in patera. pre pedibus ue iacē

Nec tanq̃ ficos tenta nẽc delige frusta
Et quocũq̃ manus huc tibi lumen eat
Nec socium torue aspicias. ue quod ederit ille
Aduertas. gestus inspice sepe tuos
Pocula cum sumes tergat tibi mappa labella
Si terges manibus non mihi charus eris
Una manus sumat paterã. ni hãc iactet in hostẽ
Theseus. aut beli sint monumenta patris
Ast hanc si binis manibus captabis id apte
Efficies cyathum sume tribus digitis
Et teneas oculos. nec supra pocula fare
Plena aliquo vita sit tibi bucca cibo
Deme merum cyatho multum ne forte persit
Quod nollet socius sumere sponte tuus
Qui sapit extinguet multo cum fonte phalernũ
Et potius limpham temperet ille mero
Non facias binos haustus. nec fessus anheles
Sibila nec labys stridula prome tuis
Nec cito sorbebis sorbes vt sepe vitellos
Nec nimium tarda suge phalerna mora

Unum tu ve duo. ad sūmū tria pocula sumes

Si hunc numerū excedes tu mihi potus eris

Semper vt videas bibito paruumq̧ pitissa

Cratere aut cyatho dulcia vina bibe

Oraq̧ tergebis sumpsisti vbi pocula. palmas

Ablue. cum mensam deseris atq̧ labra

Inflectensq̧ genu. iungensq̧ʒ brachia prosit

Dicito. ₰ tolles ordine queq̧ suo)

Finis

Johannis Somerfelt sum

WYSTAWA OPRAWY
KSIĄŻKI – KRAKÓW
CZERWIEC/LIPIEC 1925
AŚCICIEL *Bibljoteka Jagellońska*
. KATALOGU WYSTAWY *44.*

Stanisław Biel
(1495–1505),
tem profesor uniw.
(wycisk radełkiem)

[illegible] mates sue a[illegible]
[illegible] celesti ministrarent q
[illegible] [illegible] [illegible]

Iouis de Ocl' ep' dudu' Anglor'
[illegible] diocese potest reuelari q
[illegible] illo cum die [illegible] filio suo
[illegible] tempore fuit q beata uirgo
die [illegible] fuit nata [illegible]
[illegible] filius [illegible] ultro [illegible]
[illegible] hic celebratur [illegible] celeste
[illegible] primo [illegible] [illegible]
die [illegible] nati [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

nos xx [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] deo q [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] dum macaperet [illegible]

[illegible] tribubus [illegible] [illegible]
[illegible] ad altare accedens obla
[illegible] offerre uoluit q [illegible]
cum [illegible] [illegible] ad alta
re accedere [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] uidens ad domum suam re
uoluit ne [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ad pas
tores [illegible] [illegible]

[illegible] grates deo q [illegible] [illegible]
[illegible] sicut faciunt [illegible] qui [illegible]
[illegible] aut rogacionibus [illegible]
[illegible]

[illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] hodie tales laurencii
q [illegible] [illegible] in [illegible]
[illegible] duobus [illegible]
[illegible] hoc [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] quos multi [illegible] in suo [illegible]
[illegible] celesti [illegible] [illegible]
q adorantes [illegible] debent recipi
[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]
quo [illegible] in [illegible] [illegible]
[illegible] iericho [illegible] [illegible]

[illegible] fuit [illegible] [illegible] q [illegible]
[illegible] [illegible] fuit [illegible]
[illegible] lapidatus fuit [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
q [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]

...awiał Stanisław Biel
... Miasta (1495–1505),
...dent, potem profesor univ.
...akov. (wycisk radełkiem)

TMK

WYSTAWA OPRAWY KSIĄŻKI – KRAKÓW
CZERWIEC/LIPIEC 1925

WŁAŚCICIEL Bibljoteka Jagellońska
NR. KATALOGU WYSTAWY 44.

44. Oprawiał Stanisław Biel z N. Miasta (1495–1505), student, potem profesor uniw. krakow. (wycisk radełkiem)